

The Digital *Viridarium consolationis* Project

Pars 1: De peccatis Caput 5: De avaritia (2)

Unde sic diffinitur a Tilio:

Avaritia est immoderatus amor habendi pecuniam,

vel iniuriosa appetitio alienorum.

Et, quia mens humana sine aliquo gaudio vivere non potest,
amisso interiori evagatur ad exteriora;
quod facit avaritia, quae est immoderatus amor habendi.

Hugo de sancto Victore, *Summa sententiarum septem tractatibus distincta*, 3.16 (PL 176, col.114B).

Item: ‘Non e<s>t ista diligentia, sed avaritia,
ideo quod diligentia est accurata conservatio suorum,
avaritia iniuriosa appetitio ali<en>orum.

Anonymus, *De ratione dicendi ad C. Herennium libri IV.*,
4.25.35 (F. Marx ed., p.144, ll.21-23).